copia

Grochowski Humnickiemu Cedit.

906 Coram officio et Actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] pers[onali]t[e]r comparens Generosus Albertus Grochowski a Grochowice sanus mente et corpore existens a Terris distri- ctibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo Prae- senti vero Castrensi Capitan[eali] Premislien[si] Iurisdictioni quo ad actum praesentem atti- net se cum successoribus ac bonis suis gntr omnibus totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse de omni et integro iure suo videlicet de inscriptione Terrestri Premislien[si] originaliter per Generosum olim Petrum de Brzeźe Chrzystowski Generosae Zophiae de Chystow consorti Generosi olim Martini Morski super summam Octo millium floren[orum] polon[icalium] modo obligatorio in bonis suis haereditariis videlicet medietate agrorum et fundorum omnium Cmethonum in tribus campis existen[tium] et Cmethonibus octo possessionatis atq[ue] hor- tulanis ibidem octo tum molendino uno nuncupato Grabijowskie una cum molen- dinatore et stagnis duobus nuncupatis Grabistowski et Bosey tum area et praedio aedificiis taberna una et aliis rebus et fructibus proventibus hic Inventario certo eo nomine per eundem Chrzystowski confecto et Actis Terrestribus Premislien[sibus] roborato specificatis in haereditate villae Jasionow in Terra et districtu Sanocen[si] consisten[tibus] facta et recognita per eandem vero Generosam Zophiam de Chystow Morska Gene- roso Ioanni Humnicki coram Actis Terrestribus Premislien[sibus] cessa tandem per eunde[m] Generosum Humnicki Actis praesen[tibus] sibi recognoscenti condescensa et transfusa. Nec non de summa praedicta Octo millium floren[orum] polon[icalium] ac bonis suprascriptis sum- ma eadem oneratis dum et de Inventario suprascripto certo ratione eorundem bonorum inter praefatum Chrzystowski et Morska conscripto et subscripto Actisq[ue] praesen[tibus] Premislien[sibus] roborato et eiusdem inscriptione Roboratoria praedictis inscriptio- nibus latius in se de praemissis existen[tibus] Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate parata bonorum eorundem Intromissione tuitione et evictione ac paci- fica per se recognoscen[tem] in hucusq[ue] continuata possessione omnibusq[ue] et singulis in- scriptionum praefatarum tam original[is] obligatoriae quam subsequen[tis] cessionariae ac Inventariiq[ue] et eius inscriptionis Roboratoriae conditionibus punctis clausulis

articulis

articulis vadiis ligamentis ac nexibus gntr universis Summa qua et bonorum Summae eadem onerato omnem utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus agris pratis campis sylvis subditis Cmetonibus hortulanis eorumq laboribus et dationibus attinentiisq et pertinentiis gntr universis bonorum eorundem Nihil ex praemissis iuris dominii proprietatis ac Cuiuspiis competentiis et praerogativis pro se recognoscente suisq successoribus aut quopiam alio reservando verum prout praefata bona praemissaq omnia praesen condescensa ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumq concernebant ac eidem serviebant Iam ex nunc et de facto praefato Generoso Joanni Humnicki eiusq posteris accepta ab eis pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione resignavit et recondescendit omneq et integrum ius suum praemissorum omnium in personam eiusdem Generosi Humnicki cessionarii sui transfert prout praesentibus transtulit transfudit et incorporavit In quod quidem ius cessum Summam et bona praemissaq omnia praesen condescensa Iam exnunc et de facto praefatus recognoscens Generosus Grochowski eidem Generoso Humnicki cessionario suo eiusq posteris coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemvis competentem et Nobiles duos [illegible] quemvis voluerit officiose accepta Per ipsum Generosum Humnicki cessionarium suum et eius posteris hoc idem ius cessum Summam et bona praemissaq omnia praesen condescensa cum universis eorundem utilitatibus et usufructibus competentiisq et praerogativis quaevis tenendi habendi et possidendi illisq quiete et pacifice utifruendi eademq ad usus suos et suorum successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter convertendi praefati iuris originalis in omnia latius in se complectens praesentisq cessi et transfusi vigore Debet et tenebitur memoratus recognoscens Generosus Albertus Grochowski prout se ac suos Successores ex et super bonis suis gntr omnibus ac summis pecuniariis quibusvis suprascripto Generoso Joanni Humnicki cessionario suo et eius posteris inscribit et obligat praesen ipsum et eius Successores in dictis bonis praemissisq omnibus praesen condescensis et ratione eorundem bonorum ab omni et quavis impetitione iuridica quarumvis personarum cuiuscunq conditionis status et sexus existen ex re persona et occasione sui recognoscen suorumq Successorum tantum modo et non ultra exonerandam In omni Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemq eum posteris reddere

Nec non hoc idem ius bona summam praemissaque omnia praes. abscessa ab omnibus iu-
900 ribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus sup. eadem bona praemissaque omnia praes.
Condescensa ex personas et occasione sui cuiusque personarum factis et fa-
ciendis tum etiam a quibusvis attestationibus in eadem praemissa cessa ex occasione in-
importatis et importandis bonis denique et perlucris processibusque iuris quibusvis in
quocunque puncto et gradu iuris dependens in quovis iudicio et officio Regni obtentis
et obtinendis ac super praemissis praes. cessis perlatis et perducendis emundare
et eliberare mundaque et libera semper facere Ac etiam intromissionem praefatam
coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praedict. abscessorum
dare per Ministerialem et Nobiles officiose requirenter non denegare imo debebit et te-
nebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataque admissa eadem pos-
sessionem et usum fructum praemissorum quovis modo tum per se quam per suas quasvis
submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere ipsumque Cessionarium
suum et eius posteros in praemissis omnibus nullo modo iniuriari etc. Ut hoc idem ius
cessum et bona praemissaque omnia praes. condescensa idem cessionarius suus cum posteris
quiete et pacifice praesentis inscriptionis cessionariae vigore tenere habere et possidere
queat Idque sub vadio octo millium florenorum Polon. per eundem recognoscentem Generosum
Albertum Grochowski sive eius posteros supra scripto Generoso Ioanni Humnicki cessio-
nario suo aut Illius successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singu-
lorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo
Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali
ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus recognoscens Generosus
Grochowski cum suis successoribus ad instantiam praenominati Generosi Humnicki
sive eius posterorum Coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Premisliensi Extunc nunc pro
supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis ter-
mino tanquam peremptorio tunc comparere respondere vadium praetactum luere inscri-
ptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Idque se succes-
sores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium
vel alios omnes exinde consequen. Causas eiusdem terminis semper peremptoriis reco-
infirmitate gravori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum seu
ullo tutelari ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus

impedimentis

impedimentis non differendo Ad quietationem vltra proximos terminos officii seu facti Castren Premisliens dilationem ibi non recipiendo Nullasq motiones appellationes protestationes et earum prosecutiones faciendo Ac premissa omnia periis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello Conuentione et alis quibusuis iuris remediis et facti defensis non euadendo nec modo quouis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Grochowski et Włodek Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premisliens Generosus Albertus a Grochowce Grochowski ab vna et Nicolaus Włodek parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premisliens Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se eorumq successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subiciendo et inuiscerando palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum suo personaliter recognouit. Quia ipsi et quidem Generosus Nicolaus Włodek suo et Generosae Helenae de Komarnicki consortis suae nomine pro Cuius rati habitione cauet et se praesentibus inscribit sibi mutuo et vicissim vna pars alteri ac posteris vtriusq partis se illorumq Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesens interceisam certam inter sese pro[…] siue atq praefatam Włodkowa ratione certarum rerum et conditionum in eadem interceisa contentarum de actu et data illius hic Premisliae die hodierna in actus contenta confecto manibus recognoscentium subscriptam In omnibus et singulis eiusdem interceisae conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus in ea contentis firmiter tenere complere exequi et inuiolabiliter obseruare omnibusq et singulis illius contentis tam in toto quam in quauis minima parte satisfacere interceisam praedictam seu inscriptionem praesentem Roborationem et inscriptionem praesentem Roborationem ad praefatam interceisam vicissim in toto referendo Idq sub vadio summae mille Quadringentorum florenorum polonicalium per partem parti cum successoribus vtriusq partis ob non completionem contentorum interceisae praefatae omniumq